

# **Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 03 : De Memnone**

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI**

*Ce document est une version augmentée de :*

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 03 : De Memnone](#)

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI**

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 04 : De Memnon](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 03 : De Memnon](#) est une traduction de ce document

---

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## **Citer cette page**

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - VI, 03 : De Memnone, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5978>

## **Présentation du document**

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Memnon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

manet, quid enim cōmodi habemus, quod hominibus à Deo non sit? Hanc alij Terræ filiam & Titanis, alij nuntiam Titanis vocarunt, & ex Oceano emergere crediderunt: quia nauigantibus ex vinda, aut in planicie existentibus è terra exire apparet, & è luce Solis, quem antecedit. Nam oculorum acies ad certum intervalum pro facultate naturali locorum distantiam metiri potest, at hallucinatur p̄t̄rea ob imbecillitatem & ob molem aeris inter aciem & distantia corpora interēcti, quæ spectantur, quare si quid longinquum metiri velimus, adhibenda sunt optice instrumenta, aut aliquæ calorum aciem adiuuantia & coarctantia. Efficit igitur turbidi aeris natura, & surgeotium assidue vaporum, ut candida lux Solis his interēctis, cum tenuis illa adhuc sit, rubicunda & rosea Aurora videatur: quare rosā colorem, & roseos digitos, & auream sedem, & rubentes equos illi attribuerunt, qui iudicantur & Solis. Propter celeritatem motus illi curitus concessus est. Hanc niueos equos habere alij dixerunt, non ad surgentes vapores, sed ad ipsius lucis naturam intuentes, ac nunc dicatur de Memnone.

*De Memnone.*

## C A P. III.

**M**EMNON fuit Aurora Tithoniique filius, qui habuit fratrem ex ijsdem parentibus Emathionem, ut inquit Apollodorus libro tertio, & Hesiodus in Theogonia:

Τίθωνος δὲ Ήλίου τέκει μάματος χρυσόροφυς λόγος,

Αἴσιος αὐτοῦ δέ τοι πάτερ Ηλίος εἰσὶν αἱ γένεται.

Αἴσιος αὖτε πάτερ Τίθωνος Μεμνώνας φορέων,

Αἴσιοπομ Regens, Regem simul Emathionem.

Hunc natū esse Thebis testatur Dionysius in situ orbis in his:

Μεμνώνας οὐδέποτε οὐρανού σταύρον τάξει,

Οὐδέποτε γύρην τομήτην οὐδέ γύρων ἀνταρτήν.

Μίματος αἰτίλιον γε ίλιον ἀπό την Ήλιον.

Nam quiscumq; colunt Thebas & mania clara,

Thebas Ογγειας hec a tomphylas: hic ebs Memnon

Surgentem cœpit Aurora complexibus arctus.

Strabo lib. 15. Cissiam matrem Memnonis vocatam fuisse scribit. Hunc Aethiopum fuisse Regem, & ex Aethiopia ad bellum Trojanum, vel potius è Sufis Persarū ciuitate venisse, ait Paus. in Phocellum rebus. nam omnes illas nationes Memnon ante bellum Trojanum debellauerat, quæ mediæ fuerunt usque ad flumen

flumium Choaspē. Memorię prodidit Strabo lib. 16. nō procul à Ptolemaica ciuitate Ēgypti, in vībe Abydo fuisse regiam Memnonis mīnificē è lapide totam extūctam, & labyrinthū p̄terea eiusdem operis, quem Memnonium vocarunt. Hunc ad bellum Troianum Priamo opem ferentem accessisse constat, qui fortiter singulari certamine cum Achille commissio occubuit. Hic vbi fuit percussus, fons scaturit, de quo aquam sanguineam fluere dicebant quotannis, quo die ille fuit cælus, vñ et carmina testantur Calabri:

*Ἔτε καὶ αἰματός τραφίοις ἵπποισι ταῖς αἵας,  
ἔπειτα μέμνοντες ἡμερῆς λυγρὸν, οὐκ ἔντεινος  
μάτισται.*

*Sanguine quis tintilla sufficiens alluit agras,  
Memnonis ἥτις εἶτα τριστή, qua concidit ille.*

Ferunt illum post cœdem apud Palmum Syriæ iuxta Badam flumen fuisse sepultum, vt scripsit Simonides poeta. Atque supra Aescapi ostia humatum fuisse testatur Strabo libro 13. quare vicus qui proximus fuit, Memnonius vicus dictus est. Scriptum reliquit Pausanias in Laconicis Memnonis eusem totum ex æte fuisse Nicomedix cum hasta, quæ imas tantum partes & cuspidem æreas haberet, in templo Aesculapij depositum. Fuerunt qui dixerint Aurora impetrasse à loue, vt cum Memnon togo imponeretur, verteberetur in avem: quod etiam contigisse dicitur, vt ait Ouidius lib. 13. Metamorph.

*Memnon orbanei venio, qui fortis frustra  
Pro patre ruit armas suo primusq; sub annis  
Occidit à fortis (sic Dij volvissi) Achille.  
Da precor hinc aliquem solatia mortis honorem,  
Summe Deum rellor, maternaque Vulnera leui.  
Iupiter annuerat, cùm Memnonis ardore also  
Corruerat igne rōtuus insigne Columna fumi  
Inferere diem: velut cùm fluminanatas  
Exbalant nebulas, nec Sol admittitur infra.  
Arras nulla solat glomerataq; corpus in venum  
Densatur, faciemque caput, fumiique colorē  
Atque animum ex igni, lenitas sua prabuit alas.*

Dictæ sunt & aliae complutes aues Memnoniæ vocatae ex eodem togo extulisse, quæ inter se pugnantes in rogam relapsæ pro inferis se Memnoni conjectarunt. Theocritus ipsum enā

Memnonem in auem muratum circa rogum volasse, rogumque lustrasse commemorat in epitaphio Bionis, cum de cæde quereretur, ut est in his carminibus:

Ἐ τόσον ἡμέραν οὐδὲ γέγενται πάντα τὸν Αἴγα  
ιπέλλει φέρει τοῦ οὐρανού τοῦ μέσουν οὔρανος.

*Non sic aurora natum in connubib[us] imis*

*Memnoniū est tumulum lustrans canquestra Golucris.*

Scriptum reliquit Lucianus in Philopseudo miraculum illud statutum Memnonis fuisse celeberrimum, quippe cum statua illius quæ fuit in templo Serapidis in Ægyptiis Thebis erecta, sponte sua, cum ratiis Solis tangetur, suauem sonum erueret, atque nescio quid lacrymabile sub Solis occasum, cum matris aduentu latrari, tristari discessu putaretur, ut testatus est etiam Cor. Tacit. Et Suidas in his: τὸ δὲ ἄγαλμα τοῦ ἀφροδίτης ἀκτῖνα, μήτων ἐνάρξαντες λίθοι δὲ πάντα μέλαντο. Ευμβρηνίκιν δὲ τῷ πόδε οὐρανοῦ κατέπιεν ἄγαλμα τοῦ πατέρος τοῦ ἀπερρήματος ὃ οὐρανοῦ εἰσὶ τὰς οὐρανούς. Καὶ οὗτοι οἱ λαόι τοῦ ἀπομνημόνου τοῦ ἀγαλμάτου τοῦ ἀκτῖνος, οἱ θεοὶ τοῦ σέματος, οἱ φύγειοι οἱδοντοι καὶ τὰς μάτια πλαταῖς χρέοις πέπλοις θαυμάστῳ φασί. Εἰσώ γὰρ οὐρανοῦ φάσιν οὐρανοῦ προσβαλέσσεις δὲ τὸ ἄγαλμα τῆς ἀκτῖνος, τόποδε γῆγενδρα περὶ ἡλίου ἐπιτολάσσεις μητρὶ χρῆνται τὸ θεῖον μάτιον γάρ παρερχόμαται τῆς ἀκτῖνος ἐλένοντος αἵτοι ιχθύς σόμα. φωτίζεται δὲ οὐρανοῦ τῆς θραύσματος δόξαι πέρι τὸ φῶς, οἷα τὴν ἀνθρώπων εὑρίσκοντα τότε ξανθήναι λίγον, ὅτι τῷ ἡλίῳ δεκαή ύπαπτεσσιν, πορεύεται τὸ κρήτην δρεποι διρεψθεντά. Hac autem statua ad radios solis conservata est, impubis adhuc, ē nigro lapide. atque pedes ambo falli sunt ad Dadale artu imitacionem, cum manus super sede recte firmentur. Ita vero constata est, ut Velle consurgere appareat. atque oculis οὐρανοῖς sunt socii omnia instrumenta, videntur Velle loqui. caterae quidem temporibus minùs mirabile illud videris discunt: at radio statuam attingente (quod sit oriente Sole) non potest non videris mirabile, cum radio in os incidente statuam loquatur. oculi hilares apparent ad lument tanquam bennatis. qui tunc latentur Sole. nam Solis videris surgere tanquam seruus bene morari domino accedens. Hanc statuam etiam reddere responsa consueisse antiqui dixerunt. Fama est statuam ipsam nigri lapidis fuisse, que sonum illum emittit.

emitteret. Scribit Strabo libro decimo septimo se Thebas in Aegyptum aliquando contendisse, vbi duo altissimi erant colossi ex integris lapidibus inter se propinqui, quorum alterius superiores partes iam cernerant ob terram notum: huius pars illa que reliqua erat super base, circiter horam primam, ut inquit, sonum emisit haudquam magnum ingenti praesente multitudine. Sic enim erat artificiose in ipsa base incisa. Neque hoc erit sane incredibile, si quis quanta vis sit scientiae conguerit, aut si Thebanorum sacerdotum praestantiam in astronomia philosophicisque rebus intellexerit. Non enim illi inter se tota immundissima, neque inter lurcones vino graues maiorem etatis partem degebant: sed quod reliquum erat temporis ab administratione sacrificiorum, id totum in honestissimis rerum vel naturalium vel diuinarum studiis contemplationibusque transigebant. Atqui Zezes Chil. histor. 64. Cippum ait vocatum fuisse Memnonem ab Aegyptiis, & columnam rubri varij lapidis fuisse, que sonum illum emitteret: item quidem per diem, quia latetatur matris praesentia, at lugubre per noctem, quia doleret illius discessum. Alij sane scriptores a Zesse dissentunt, quia Memnonem in Ilio fuisse sepultum: at non in patriam relatum crediderunt. Atq; tot sunt dicta fabulosae de Memnone.

¶ Memnotem Aurora Tithoniique filium fuisse dixerunt, quoniam is in orientis regionibus imperauit, quando & orientem Aurora nomine vocarunt aliquando Latini, ut est id Virgil. in libro octavo:

*Hinc aper barbarica, Varissiq; Antonius armis  
Vittor ab Aurora populis.*

Quod dictum fuit, quia sub ortum Solis, & aurorae ipsius tempore lenis aura plenumque oriatur. nam parva aura aurora dividetur. Quod ad Troiam militauerit, quod caesus fuerit ab Achilles, quod honorifice sepultus fuerit, id totum non abhorret ab historia. Quod vero aves ex illius rogo euolauerint, illiciue immortalitatem Aurora impetraverit a Iove, quid aliud est, quam antiquorum poetarum adulatio? nam illi ut propinquorum Regum gratiam aucuparentur, eternam & immortalē gloriam futuram ipsorum Regum dicebant, & que in omnes nationes perueniret, multaque fabulosis ornamento, similitateque orationis, tanquam horrenda pharmaca

suauioribus rebus conduerunt, ne simplex adulatio nausciam auditoribus moueret. Quae ad eius statu[m] mirabilitatem spe-  
ctant, antiquorum artificum praestantiam patefaciunt, qui &  
colosso[n] incredibilis magnitudinis ac artificij, & columnas ad-  
mirabilis tum ponderis, tum etiam incisatum figuratum ar-  
tificij, non solum erexerunt, sed etiam in longinquis regiones  
exportarunt. Tanta vero fuit in coniungendis Lapidibus scien-  
tia, ut vel diligentissime rimantibus nulla appareret coniun-  
ctio, quare præclarè dictum est in eam pyramidem, quæ fuit  
ex Ægypto Romam comportata:

*Si Lapis est Enus, dic quæ fuit arte benarm?*

*Sed duo, vel plures, dicitur ob congrerent?*

Quod ad mores vitæque institutionem attineat, nihil in Me-  
mnone esse conspicio, quare tota ferè est historica explicatio.  
At nunc de Tithono dicamus.

*De Tithono. C A P. I I I I.*

**T**ITHONVS, quem ob corporis elegantiam amatum  
fuisse ab Aurora inquiunt, Laomedontis fuit filius, fra-  
terque Priami, ut fama est: cum tamen diversæ matres horum  
fuisse memorentur. Aliunt enim matrem Priami fuisse Leucip-  
pen, at Tithoni alij Strymo, alij Rhœo Scamandri filiam. In-  
quiunt Tithonum in cælum fuisse portatum cum ab Aurora  
amaretur, illiisque à Parcis immortalitatem fuisse impetratam:  
sed cum oblitera fuisse Aurora petere etiam ne senesceret, Ti-  
thonus in tantam venisse senectutem dicitur, ut infantorum  
more in cunis agitatus quiesceret. Verum denique in cicadam  
dicitur fuisse conuersus, quæ montatis prioribus exuiss vel se-  
nior confectæ non occidunt, sed iuuenescunt. Hanc fabulam  
ita attigit Horatius libro secundo Carminum:

*Longa Tithonum minus senectus.*

Illud autem passus fuisse creditur propter dolorem, quem au-  
dita Memnonis filij morte percepit: nam tanquam euolatu-  
rus ad videndum filium brachia concussit, quare alæ tum pri-  
mum illi natæ fuisse dicuntur. Id asserit idem poeta in libro  
primo, cum dicat illum qui immortalitatem asecutus fuisse vi-  
debatur, cuique alæ exortæ sunt, tandem occidisse: *Tithonu-  
que remorsu in auræ.* Alij tamen dicunt illum Auroram pre-  
catum fuisse ut posset immortalitatem deponere, cum pro-  
pter